

Decisionum Aurearum Lib. IIII.

cum sint servi pœnae, sunt irregulares; quod idem de bannitis dicendum est. Nouissimè contrahitur irregularitas per homicidium, vel mutilationem hominis viui, ut supra diximus in 2.lib. Decal. 5. præcep. Verum illis adde, quod ut talis irregularitas incurritur, duo requiruntur. Primo, ut sequatur mors, vel mutilatio hominis viui. Secundo, ut homicida dederit causam proximam. de primo diximus ibi.

67 Círcum secundum, dare † causam proximam homicidio, secundum tex. in c. de cetero, de homic. dicitur tripliciter. Primo ex officio, secundo ex intentione, tertio ex actu per se ordinato. Ex officio dicitur dare causam proximam homicidio, qui ex officio reum morti condemnat, videlicet Iudices criminales, afflores, consułtores, consiliarii, auditores, actuarii, scribæ, testes, cap. si quis viduā, dist. 50. legentes mortis sententiam, carnisfex, lectores, cap. sententiam, capitulo, clericī, ne cler. vel vou. Quare hi omnes sunt irregulares.

68 Secundo, † ex intentione, hinc omnes hi irregulares confendi sunt, qui dant causam proximā morti, vel mutilationi hoc fine, vel intentione, ut vendens, vel commodans scalas scienter, vel enīs, funes, sagittas, vel alia instrumenta ad sagittis configendum, vel laqueo suspendendū, aut iugulandum, tux. Dom. Ant. 5.par. tit. 28. cap. 2. nu. 5.

69 Item hortans † condemnatum, ut admoveat caput ad filipitem, vel instruens carnifice, ut reum dexterè necet, ut minus doloris sentiat, vel faciat aliquid, ex quo acceleretur mors, iux. Nauar. cap. 27. num. 217.

70 Item † qui authoritatibꝫ reum decapitandum, aut suspendendum comitantur, ut capitanei, satellites, pulsantes tubam, & ita intelligunt dictum Abb. in c. sententiam, ne cler. vel vou.

71 Tertio † ex actu per se ordinato ad mortem, vel membris mutilationem. Huic iusmodi est accusator, vel aduocatus in causa criminali contra reū, & testes con-

tra eundem, iux. Abb. & Fel. in c. postu. 8. laſti, de homic. Quæ autem regulæ à Dō Eboribus constituantur ad descendū, quando irregularitas ab aliquo contrahtatur, diximus sup. in 2.lib. decal. 5. præcep. Restat modo, ut videamus breueriter modos, quibus irregularitas tollatur.

72 Quare † sciendū est, quod tribus modis tollitur, & primo per baptismum, excepta illa bigamie. Vnde bigamus, ante, uel post baptismum non potest promoueri, nec corrupta velari, & de hac loquitur tex. in cap. acutius, distinc. 26. Similiter nec tollitur illa veniens ex defectu nataliū, sed bene tollitur procedens ex peccato, qualitercumque prouenient, c. si quis viduam, dist. 50. & c. ecce, dist. 51. Sylu. in verbo, Baptismus, 6. q. 1.

73 Tollitur † secundo per religionis ingressum, gl. in c. 2. de apost. scilicet per professionem, ut in c. scriptura, de voto, & c. 1. de fil. presbyt. excepta illa bigamia, & ea, quæ oritur ex homicidio voluntario. iniulito, iux. Sotum in 4. sent. dist. 20. q. 1. art. 3. Caet. in ver. Irregularitas.

74 Tertio † tollitur per dispensationem Episcopis, qui quidem primò potest disp̄fare super irregularitate natalium ad minores ordines tantum, & ad simplicis beneficij susceptionem, cap. 1. & 2. de fil. presby. Nauar. cap. 27. nu. 202. quæ iura per nouam Sixti V. constitutionem correcta non sunt, cum illa tantum loquantur de regularibus.

75 Secundo † dispensat in bigamia similitudinaria, si illa erat virgo, capit. 1. vbi glo. Panor. Præpos. qui cler. vel vou. Et in homicidio voluntario quoad primam tonsuram tantum, non autem quoad beneficia. Ita D. Tho. in addit. tertiae par. q. 66. art. 4. Sylu. in uerbo, bigamus, q. 7. potest etiam Episcopus cum tali homicidia dispensare, ut possit in minoribus ministerare, ut in cap. ad audientiam, c. continebatur, de homic. Couar. in elem. si fūriosus, lib. 2. §. 3. de homicid. & in choro paffare, iux. Sotum de iust. & iure, q. 5. art. 3. lib. 10.

76 Tertio dispensat † in omnibus irregulartate-